

[1] Conspicuum id redditur, quando etiam hostes mundusque coguntur digitum Dei agnoscere : Exod. VIII, 19.

[2] Servum Dei te agnosce, gaudie, & opere ipso tesserare, venerando, exequendo, &c: v. Psalm. LXXXVI, 16. Quid verò dicendum de titulo Amicorum Dei ? Joh. XV, 15. o utinam ipsi placeremus semper ! 2. Cor. V, 9.

[3] Quod in nostri vel ecclesiæ salutem Deus operatur, est ipsius Dei honor. Hic ipse querendus unicè in omnibus : 1. Cor. X, 31. Col. III, 17. Eph. V, 20.

USUS E VERSU XVII.

[1] Savitas extra Deum nulla vera aut salutaris.

PSALMI XCI. DISPOSITIO.

Fretum Dœo angeli curant. Adjutorium altissimi.

Est hic I. Fiduciæ sanctæ descriptio quoad suos actus ; ut sunt (1) habitare in latibulo Altissimi ; (2) pernoctare sub umbra Omnipotentis ; v. 1. (3) profiteri seu dicere : in Deo perfugium meum : in Deo meo spero : vers. 2.

II. Fiduciæ commoda : (1) Deus eripiet è laqueo aucupis : (2) à peste corrumpente : v. 3. (3) alis suis te proteget securè : (4) Veritas ipsius tuum scutum : v. 4. (5) immunis eris à timore nocturno : v. 5. (6) à sagitta interdiu volante : ibid. (7) ab infectione noctu ac interdiu prosterrente : v. 6. (8) etiam proxime circate occubentibus quam plurimis : v. 7. (9) imò in impin-

A Quid deliciæ mundi ? 1. Joh. II, 16. Appetamus igitur hanc indies mente penitus cognoscere , corde in eadem acquiescere, obstatula abhorre, &c.

[2] Manibus operandum : Eph. IV, 28. 1. Thess. IV, 11. 2. Thess. III, 8. 12. Psal. CXXVIII, 2. quorsum spectat omnis labor honestus, etiam ingenio ac lingua peratus, in officio seu ecclesiastico, seu politico.

[3] Opera hæc nostra , sine Confirmatione successibus ve cœlū concessis , nihil planè profundit. Implorandum itaque Deus, ut adsit initio, progressu ac fini nostrarum actionum. Sine tuō numine Nihil est in homine, Nihil est innoxium. 1. Cor. XV, 10.

[4] Preces hujusmodi ingeminandæ sunt sepius : absquatamen battologia : Matth. VI, 7.

B is conspicies Dei vindictam : v. 8. (repetitur ratio : Dominus perfugium tuum : v. 9.) 10. In fortunum & plaga te non tangent : v. 10. (II) præsidio gaudebis angelico : v. 11. 12. (12) non impinges : v. 12. (13) super dracones impune incedes : v. 13.

III. Pollicitatio divina : [1] eripiam me diligentem : v. 14. [2] evehiam cognoscentem nomen meum : ibid. (3) exaudiām invocantem : v. 15. (4) adsum ipsi periclitanti : ibid. (5) liberabo : (6) glorificabo : ibid. (7) longævitatem satiabo : v. 16. (8) salutare meum ostendam ipsi : ibid.

PSALMUS XCI.

EXPLICATIO VERSUS I.

וְשָׁבֵד Sedens vel habitans in latibulo Dei :) h.e. cuius anima in Deo tranquillè per fidem acquiescit, tanquam in habitaculo, satanæ mundoque prorsus incognitô, atque sic iisdem etiam in accelsô. **בְּשַׁבֵּךְ** significat generatim alicubi commorari, sedem figere, habitare ; ceu Abraham in Canaan Gen. XIII, 12. Loth Sodomæ c. xix, 29. &c: Aliquando speciatim accipitur de mansione cum certô corporis situ , h. e. de sessione ; veluti Salomo **בְּשַׁבֵּךְ** sedet in throno, 1. Reg. II, 12. sic Psal. I, 1. qui in sedili irrisorum non sedet, &c. h. l. prior convenit significatus, qui ipse metaphorice describit conitantem in Deo permanentiam ; qualis est fidei, unicè in Dei promissionibus, veritate, bonitate ac potentia acquiescentis. Et sicuti non sufficit, latibulum vel umbram nosse, sed eò quoque eundum est : ita quoque non nuda sufficit fidei notitia, sed & fiducia : quæ ipsa rursus debet esse constans, sicut ille, qui è latibulo procedit, novo se rursus exponit periculo : Höpf. Excluditur itidem hac voce vagabunda cupiditatū carnis à Deo secessio, qua modo huc, modo illuc, inquieti feruntur homines, impatientes laboris debiti, spei, &c.

בְּשַׁבֵּךְ in latibulo :) h. e. sub protectione divina, quæ ipsum coram omnibus hostibus reddit plane absconditum atque tutum, non aliter atque **בְּשַׁבֵּךְ** solet aliquem occultare ab omnibus aliorum injuriis, ut & à conspectu ; sic enim nomen hoc

usurpatur de latibulo contra turbinem aut inundationem, Jes. XXXII, 2. de nube, quæ occultatur Deus Job. XXII, 14. de alis, quæ occultant tutumque pullis præbent perfugium, Psal. LXI, 5. de tentoriô (Dei Psal. XXVII, 5.) vide Psal. XXXI, 21. abscondit eos בְּשַׁבֵּךְ in absconditô vel latibulo vultu tui : Psal. XXXII, 7. tu es בְּשַׁבֵּךְ mihi.

C **עִירֹן** excelsi :) scilicet Dei. Est hoc unum decem Dei nominibus recensitis ab Hieron. epl. ad Marcellum 136. exprimens majestatem ipsius, supra cuncta creata fictosque Deos alias longissime eminentem. à R. הַלְלָה ascendit. Utut vero Reges atque principes Celsissimi vocentur, pumilio tamen, imò vermes sunt & planè nihilum, in relatione ad hunc Excelsum.

בְּצַלְמָה in umbra Omnipotentis :) h. e. defendetur ab omni æstu afflictionum , tum interiori, ne conscientia ob peccatum fervente Dei ira infernique flammis crucietur , tum externo, ne communibus impiorum plagis correptus , damnatur patiatur in corpore , bonis , famâ , &c. Petitur hic rursus metaphora ab umbra arboris patulae , tentorii , vel domus , quæ gratiosissimum tempore æstivo præbere solet refrigerium, præsertim in regionibus illis Orientalium calidioribus. Vel umbra h. l. intelligitur , qualis est sub alis avium , pullos contra injurias externas iisdem defendantium, ceu Psalm. XVII, 8. XXXVI, 8. LVII, 2. LXI, 5. LXIII, 8. Matth. XXIII, 37. Ruth. II, 12. sub cuius alis venisti לְחַסּוֹתָה ut confideres : Hof. XIV, 8. revertentur sedentes in umbra ejus.

Xx x

Imo